Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



therus

230

XXIII

Tunc Jesus locutus ē ad turbas et ad discipulos suos di-
cens. Super cathedrā moysi sederunt scribe et pharisei
Quā ergo quamq; dixerint vobis seruare et facere, fac-
cite vt opa eorū nolite facere. Dicunt enim et nō faciunt. Alligant enim onera
grauia et importabilia et imponunt in humeros hominū. digito autē
suo nolunt ea mouere. Omnia uero opa sua faciunt ut videantur ab
hoibus. Dilatant enim philacteria sua. et magnificant fimbias
amantes autē primos recubitus in cenis et primas cathedras in
synagogis. et salutationes in foro. et vocari ab hoibus rabi. Vos
autē nolite vocari ab hoibus rabi. Vnus enim est magr vester.
Omnes autē vos fratres estis. Et patrem nolite vobis vocare super
terram. Vnus est enim pater vr qui in celis est. Nec vocemini magri
quia magr vr unus est. Qui maior est vrm erit minister vr. Qui
autē exaltauerit se. humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Ve
autē vobis scribe et pharisei ypocrite. qui clauditis regnū celorū
ante hoies. vos autē non intratis. neq; introeuntes sinitis intrare.
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite qui comeditis domos vi-
duarū. orationes longas oratis. propter hoc enim amplius accipietis
iudicium. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite. qui circuitis mare
et aridam ut faciatis vnum proselytum. et cum fuerit factus. facitis
eum filium gehenne duplo quam vos. Ve vobis duces cecī qui
dicitis. Quicūq; iurauerit per templum dei. nihil est. Qui autem
iurauerit in auro templi debet. stulti et cecī. Quid enim maius est
aurum an templum quod sanctificat aurum. et. Quicūq; iurauerit in
altari. nihil est. Qui autem iurauerit in dono quod est super illud debet.
Cecī. quid enim maius est. donum an altare. quod sanctificat donum.
Qui ergo iurat in altari iurat in eo et in oibus quē super illud sunt
et qui iurat in templo. iurat in illo et in eo qui habitat in illo
et qui iurat in celo iurat in throno dei et in eo qui sedet super eum.